Nro 2135.

CURRENDA VIII.

A. D. 1856.

Nr. 1836.

Sermo habitus ab Eminentissimo ac Reverendissimo S. R. E. Presbytero Michaele Viale-Prelà, Pro-Nuntio Apostolico, die 7. Aprilis Anno 1856.

ad

Eminentissimos et Reverendissimos Cardinales, Archiepiscopos et Episcopos Imperii Austriaci Viennæ congregatos.

In ipso ferme exitu Apostolicæ Legationis, qua per annos undecim perfunctus sum apud Aulam Cæsareo-Regiam, nihil mihi optabilius, nihil jucundius poterat evenire, quam ut Venerabiles Imperii Austriaci Antistites hic una congregatos intueri, et alloqui possem de negotio omnium sane gravissimo, quod ad Ecclesiæ et Imperii bonum maxime pertineat.

Sive enim, Patres amplissimi, præclaras animi vestri dotes, et virtutum ornamenta considerem, quibus effulgetis, sive rem ipsam mecum animo reputem, cujus causa huc convenistis, non possum quin humillimas immortali Deo gratias persolvam, quod pro sua benignitate mihi sit elargitus, ut tanto illi operi, quod die decimo octavo mensis Augusti anni præteriti perfectum est, operam meam qualemcumque conferrem, atque in hoc splendidissimo vestrum consessu Illius, qui Christi in terris vices gerit, qui nedum oves, sed ipsos pascit pastores, quique idcirco Episcopus est Episcoporum, personam geram.

Vere ornatissimus hic Antistitum cœtus ex diversis Austriaci Imperii provinciis, regnis et nationibus miram exhibet unitatis Ecclesiæ vim et naturam, in qua omnes linguæ, et populi et nationes in unum conveniunt centrum ejusdem fidei, charitatis, et spiritualis regiminis sub uno pastore arctissimo simul nexu consociatæ et conjunctæ.

In Ecclesiæ spiritu congregati, qui spiritus fidei et charitatis est, in eo sua studia, curasque collocabunt Venerabiles Imperii Austriaci Antistites, ut quæ in memorata Conventione pacta et constituta sunt, religiose serventur; ex quo fiet, ut eadem in Ecclesiæ et Imperii utilitatem cedant, atque ad firmam inter Ecclesiam et Imperium concordiam stabiliendam conducant. Quanta sit lætitia perfusus Sanctissimus Pater ob ea, quæ per solemnem Conventionem fuerunt sancita, et solemnibus documentis, et Apostolicis verbis satis declaravit, simulque Majestatis Suæ Cæsareo-Regiæ Apostolicæ sapientiam, religionem, pietatem meritis laudibus extollens illud effatum protulit, cui nihil addi potest amplius, nihil illustrius, scilicet in Augustissima Majestate Sua summa esse omnia.

At vero si multa Augustissimus Imperator in Ecclesiæ bonum jam præstitit, non est dubitandum, quin et majora sit præstiturus; majora inquam, siquidem omni studio curaturus

est, ut quæ in Conventione sunt constituta, quantum a Cæsarea pendeat auctoritate, ad effectum perducantur.

Duplex porro per hanc Conventionem juxta Sanctitatis Suæ et Augustissimi Imperatoris mentem finis erat assequendus; alter nimirum, ut Christi Ecclesia eam in Imperio Austriaco obtineret libertatem, qua a Christo Domino donata est, cujus libertatis vi divinam missionem, qua ad hominum salutem, ipsamque civilem felicitatem promovendam ipsi a Deo concredita est, recte sancteque valeat exercere; alter vero finis ex illo primo profluens: nimirum ut sancta inter Sacerdotium et Imperium unio, pax, et concordia vigeat. Horum primum plaudentibus omnibus per Orbem Catholicis, atque ipsa testante Sanctitate Sua per memoratam Conventionem consecuta Ecclesia est; alterum vero opera potissimum vestra, Patres amplissimi, obtinebitur; quod pro ipsius Ecclesiæ et humanæ societatis bono vel maxime est optandum.

Si ex Sacerdotio et Regno, ut Isidori Pelusiotæ verbis utar, rerum administratio conflata est; si utraque potestas spiritualis scilicet, ac temporalis ad eumdem finem tendunt, ad hominum nimirum salutem parandam, quum altera veluti animæ, altera veluti corporis partes agat, necesse quidem est, ut arctissima inter easdem potestates necessitudo et conjunctio vigeat, ea scilicet conjunctio, quæ animam inter et corpus existit; ex quo fiat, ut altera alteri opem præstet, atque amicam, ut ita dicam, sibi manum invicem præbeant.

Notissima et pervulgata, sed aeque summopere veritati consentanea sunt Ivonis Carnotensis verba, qui res omnes, ait, non aliter bene administrari, nisi cum Regnum et Sacerdotium in unum conveniunt studium. Et sane hac una tantum ratione mirificus ille a Deo præstitutus ordo servari potest, si unaquaeque ex duabus potestatibus nedum intra suae auctoritatis limites maneat, verum etiam alteri sincere opituletur, ut exequi id valeat, quod praestandum ipsi est in humanæ societatis commoditatem.

Itaque præsto sit Ecclesiæ Imperium, eique auxilium, ac tutamen præbeat, ut ipsa sancto munere, quod habet a Deo commissum, perfungi valeat, hoc est, ut integrum atque intemeratum servet depositum fidei, Ecclesiasticam tueatur disciplinam, fidelium animos ad omnem virtutem et pietatem informet, curet denique, atque advigilet, ne sacra res detrimenti quidquam patiatur. Contra vero Ecclesia adjutricem Imperio præstet operam, ut a perversis perniciosisque doctrinis civilis societatis ordinem subvertentibus homines arceantur, debitamque fidelitatem et observantiam supremis imperantibus exhibeant; ex quo futurum est, ut Civili Imperio quies, atque incolumitas comparetur. Hanc et non aliam fuisse Augustissimi Imperatoris mentem in paciscenda Conventione cum Apostolica Sede Vobis notum est, Patres amplissimi, sed hæc pariter et non alia fuit in hujusmodi negotio mens Sanctissimi Patris, quod quidem ex verbis ab Ipso pluries solemniterque ex Vaticana Sede prolatis manifeste patet. Pax igitur per memoratam Conventionem est inita Ecclesiam inter et Statum, et jure dici potest „justitia et pax osculate sunt“ Omnium autem nostrum illud esse debet consilium, illa voluntas, ut omnes pro viribus ad sanctam hanc pacem stabiliendam firmandamque operam studiumque conferamus.

Populorum omnium oculi ad Ecclesiam in Imperio Austriaco conversi, intentique sunt. Multi sane hac aetate nostra existunt homines, qui contra ea, quæ a Christo Domino divinitus ordinata sunt, et constituta, divinis humana confundentes, humanam conantur facere Ecclesiam, et omnia Principum potestati ita subjiciunt, ut Ecclesiæ non aliam relinquant, quam miseram servitutis conditionem. Jactant sæpenumero homines isti, ex libertate, quæ Ecclesiæ permittatur, omnia esse in auctoritatis politicæ damnum pertimescenda; quin etiam illud affirmare audent, experientia ipsa in Imperio Austriaco probatum iri, nullam concedi posse Ecclesiae libertatem, quin pax bonumque publicum in discrimen adducantur. Alii vero existunt homines, qui statum Ecclesiæ deplorantes quibusdam in regionibus miseram in servitutem redactæ, exoptant quidem, ut qui suprema illic potestate aucti sunt, præclarum Imperatoris Austriæ sequantur exemplum; sed enim verentur, ne si quæ in Austriaco Imperio inter ecclesiasticam et civilem potestatem exoriantur dissidia, Ecclesiæ hostes causam prætexentes ea cavendi, quæ publicam Status quietem turbare possunt, acrius adnitantur, ut omni libertate privetur Ecclesia.

Curandum igitur Nobis erit, Patres amplissimi, ut sancta Sacerdotium inter et Imperium concordia servetur. Sanctam inquam, quippe quæ hoc inniti fundamento debeat, ut, quæ pacta et sancita sunt, sancte et religiose ex utraque parte serventur. Si quæ fortasse difficultates circa Conventionem exurgant, Sanctissimus Pater Apostolicis suis L i t t e r i s, quæ h e s t e r n a d i e Vobis a me traditæ sunt, satis aperte indicat, quæ via ingredienda Vobis sit ad res componendas, et præcavenda dissidia.

Quod si in ecclesiasticæ libertatis perniciem quidquam susciperetur (quod certissme contra pientissimi Imperatoris voluntatem accideret) via Vobis patet, Patres amplissimi, ad Imperatoris Administros, quin immo ad ipsum Augustissimum Imperatorem semper Vobis patebit aditus, qui quidem expostulationes illorum, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quique pro Christo legatione funguntur, libenter est excepturus; neque enim dubitandum est, quin Majestas Sua pro ea qua præfulget pietate, sapientia et justitia, si quid contra Ecclesiæ jura quavis ratione fuerit susceptum, illud suprema sua auctoritate sit repressura.

Hæc si serventur, fiet certe quidem, ut ex solemni Conventione, quæ inita est, in rem et sacram et civilem fructus uberrimi consequantur.

Jam vero non eo animo hæc disserui, Patres amplissimi, ut Vos docere velim vel commonere, qui excellenti sapientiæ laude præfulgetis; verum ut Vobis ostendam, quam ipsemet agendi rationem hactenus fuerim sequutus, quamque sim sequuturus, quousque mihi datum erit hisce in regionibus commorari, et apud Aulam Cæsareo-Regiam Sanctissimi Patris referre personam.

Divino consilio factum arbitror, ut qui pascendo dominico gregi in Imperio Austriaco sunt constituti, huc eo die convenerint, quo die Ecclesia sub imagine boni pastoris divinum Principis pastorum nobis exemplum proponit. En exemplar, quod nobis omnibus monstratum est. Mihi inprimis in pastorali tuendo munere boni pastoris sectari exemplum necesse est, ejus nimirum pastoralem sollicitudinem, mansuetudinem, charitatem pro viribus imitando, sic ut mei

quodammodo oblitus non nisi, quæ Christi sunt, quæram, atque illud assequendum curem in omni patientia et doctrina, quod in majus Ecclesiæ et fidelium bonum cedat, atque adeo pro ovibus meis, quæ sunt oves Christi paratus semper sim vitam profundere. Illustri exemplo Vestro, quod pluries sum demiratus, excitamentum mihi adjicitis, Patres amplissimi, qui Christi vestigia sequentes parati continuo estis omnia omnibus fieri, ut omnes Christo lucrifaciatis, atque eo curas vestras intenditis, ne dominicus grex Vobis commissus aliquid experiatur detrimenti.

Quanta pastoralis sollicitudinis, et sapientiæ laude excellant Austriaci Imperii Antistites, perspectum habet Summus Pontifex, nec satis exprimere verbis possum, quam ardenti Vos charitatis affectu prosequatur. Multa sibi pollicetur Sanctissimus Pater ab eximio vestro religionis studio pro fidelium salute, et incremento Ecclesiæ Sanctæ Dei. Futurum sperat, ut opera vestra fides altiores in cordibus fidelium radices agat in dies, charitas magis diffundatur et efflorescat, sanctum denique, quod a Christo Jesu nexum est vinculum oves inter et supremum pastorem, filios inter et patrem, membra inter et Ecclesiæ caput arctius in dies constringatur. Firma spe tenet Sanctissimus Dominus fore, ut Venerabiles Imperii Austriaci Antistites omni studio et contentione adlaborent, ut sub auspiciis Imperatoris et Regis vere Apostolici Francisci Josephi sarta tectaque maneant sacra Ecclesiæ jura et pax, quæ Sacerdotium inter et Imperium fuit inita, firma stabilisque perseveret.

Tam præclarum opus, tam salutare præsidio fortunet suo Sanctissima Genitrix Dei Virgo semper Immaculata Maria, et quæ Austriaci Imperii Patrona est clementissima, Illa exorante, Deus Optimus Maximus gratiæ suæ dona benignus effundat super omnes Imperii hujus Antistites, ut quidquid ad perfectionem tanti operis fuerint suscepturi, felicem exitum sortiatur!

In Schulsachen.

An sämmtliche S. D. Aufsichten.

Nr. 657.

Aufruf zur Pränumerirung auf die Schulkurrende im J. 1857.

Die eingelaufenen Anmeldungen um eine besondere Kurrende in Schulsachen sind so sparsam ausgefallen, daß sich die Druckosten daraus nie bestreiten ließen. Wir mußten daher diesen Entschluß aufgeben.— Hievon werden die Hochw. Hr. Hr. S. D. Aufseher die Ihnen unterstehenden Lehrer mit dem Beifügen verständigen, daß ihre Wünsche leicht dadurch verwirklicht werden könnten, wenn Sie frühzeitig auf die ganze Consistorial-Kurrende mit 20 Kr. C. M. pränumeriren und diesen Betrag vor dem Beginn des Sonnenjahres 1857 auf dem gewöhnlichen Wege einsenden möchten.

Vom Bischöflichen Consistorio. Tarnow am 26. Juli 1856.

Nr. 665.

Eine Sammlung kath. geistl. Lieder erschienen.

Z. 20477. Der k. k. Professor der deutschen Sprache und Literatur an der Pesther Universität

P. Wilhelm Gærtner hat eine Auswahl geistlicher katholischer Lieder unter dem Titel: »Sammlung katholischer geistlicher Lieder für die reifere Jugend« (Wien 1855 von L. Sommer. Vier Bändchen mit je einem Titelbild zu 20 Kreutzer) veröffentlicht, welche ihrem Inhalte nach geeignet erscheint, sowohl für die Schulbibliotheken angeschafft, als auch als Prämienbuch für die Volksschuljugend verwendet zu werden, und hiemit in beiden Beziehungen empfohlen wird.

Da sich diese Sammlung bereits der kirchlichen Approbation, sowohl des fürsterzbischöflichen Graner als auch des fürsterzbischöflichen Wiener Konsistoriums erfreut, so sieht sich die k. k. Landesregierung im Grunde Erlaßes des h. Unterrichts-Ministeriums vom 7. Juli l. J. Z. 10047/707 bewogen das Hochwürdige bischöfliche Konsistorium hierauf zur Verbreitung dieses nützlichen Werkes aufmerksam zu machen.

Von der k. k. Landesregierung. Krakau den 20. Juli 1856.

Nr. 783.

Z. 22449. **Hoher Regierungs-Erlaß hinsichtlich der Auswahl der Bücher für die Lehrbibliotheken, zur Darnachachtung.**

Mit Erlaß des h. Unterrichtsministeriums vom 18. Juli l. J. Z. 7361/540 wurde aus Anlaß eines speziellen Falles Nachstehendes bedeutet:

Das h. Ministerium für Kultus und Unterricht findet sich nicht veranlaßt, Werke für Lehrer-Bibliotheken an Volksschulen eigens zu empfehlen.

In Bezug darauf erscheint es angemessen, daß ein ähnlicher Grundsatz in Anwendung komme, wie ihn der §. 414 der polit. Schulverfassung für die Wahl der Prämienbücher vorzeichnet.

Es haben nämlich die Länderstellen selbst im Einvernehmen mit den Ordinariaten durch allgemeine Verlautbarung jene Werke nambaft zu machen, welche sie für den angedeuteten Zweck als geeignet und ersprießlich anerkennen.

Hierbei versteht es sich übrigens von selbst, daß die Erwerbung von Büchern für die Lehrerbibliotheken auf den Umfang dieser Verzeichniße nicht beschränkt bleiben kann, sondern daß es den Schulvorständen immer freistehen wird, die Ankaufs- oder Annahmbewilligung brauchbarer, aber in dem im Sinne des bezogenen Paragraphs der polit. Schulverfassung zusammenzustellenden Verzeichnisse nicht enthaltenen Bücher bei der nächst höheren Schulbehörde zu erwirken, wovon das Hochwürdige bischöfliche Konsistorium zur Darnachachtung in Kenntniß gesetzt wird.

Von der k. k. Landes-Regierung. Krakau am 6. August 1856.

Continuatio de alio manuum motu sub Missa &c. in Currenda VII a. c. interrupto.

C. Tenentur manus apertae ac elevatae ad scapula.

I. In orationibus, quæ dicuntur in principio Missæ, ante Epistolam sicut et ad *Secreta* et

post Communionem; II. Ad *Praefationem*; III. Ad majorem Canonis partem; IV. Ad *Pater noster.*

Dillucidationes ad Rubricas præattactas.

In Rubrica 1. de *Orationibus* V. Missæ legimus: „Dicit: *Oremus*, tum extendit manus ante pectus, ita ut palma unius manus respiciat alteram et digitis simul junctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamq. non excedat, quod in omni extensione manuum ante pectus servatur.“

Ad hæc sub y commentatur *Gavant:* „Ex Paulo 1. Tim. 2. *Levantes puras manus* scribit *Tertul. de Oratione Cap. 12 manibus sublimius* elatis, temperate et probe elatis: temperate, inquit, et ideo in Rubrica præscribuntur fines, ut humeros non excedant. In Missa vero significat extensionen Xti in cruce, in qua statim oravit pro crucifixoribus. *Innocent. III. Lib. II. c. 28.* et ante *Microlog.* c. 16. forte desumptum est a vet. Testamento, nam Moyses levans manus vicit Amalechitas. *Exod. 17.* et Salamon expandit manus suas orans Deum *III. Reg. 8.*“

Post hæc apperiamus Clariss. Amberger Tom. II. pag. 87, 88, 89. de his et aliis fusius ad ædificationem elucubrantem: »Die ersten Menschen streckten die Hände aus nach der verbotenen Frucht, und Verderben kam über die Schöpfung; wieder strecket der zweite Adam am neuen Baume des Lebens die Hände aus, und Heil kommt über die Schöpfung »Holz wider Holz und Hand wider Hand; die Hand am Kreuze strecket sich aus wider jene, die in Unenthaltsamkeit sich ausgestreckt.« Gregor von Nazianz. Orat. I. Opp. t. I. p. 12. Darauf weiset villeicht die Rubrik: Palma unius manus respiciat ad alteram. In dem eucharistischen Opfer wird ohne Aufhören der alte Adam durch den neuen überwunden; daher betet der Priester mit erhobenen und ausgestreckten Armen. In dieser Weise ist von jeher gebetet worden: »Erhöre, Herr, die Stimme meines Flehens, wenn ich erhebe meine Hände zu deinem heiligen Tempel.« Ps. 27, 2. »Ich breite meine Hände aus zu Dir.« Ps. 142, 6. »Wir erheben nicht bloß die Hände, sondern breiten sie auch uns zur Abbildung des Leidens unseres Herrn; und so geben wir Christus Zeugniß, wenn wir beten.« Tertullian De orat. c. 11. Opp. t. II. p. 30. »In dem Buche des Ausganges ist zu lesen: Als Israel in der Wüste wider Amalek gestritten, sei Moses auf den Scheitel eines Hügels gestiegen, und wie er die Arme erhoben, habe Israel gesiegt, wie er aber nur ein wenig nachgelassen, Amalek die Oberhand gewonnen; daher hatten Aaron und Hur seine Arme auf beiden Seiten gestützt, und so sei es gekommen, daß seine Arme nicht müde geworden bis zu Sonnenuntergang, und daß Josua mit der Schärfe des Schwertes Amalek sammt seinem Volke in die Flucht geschlagen. Deßwegen breitet der Priester in der Messe bei dem Gebete die Arme aus, wie Christus am Kreuze sie ausgestreckt... So wie aber der wahre Moses, das ist Christus die Hände erhebt, sieget Israel, das ist die Kirche. Das eucharistische Opfer aber ist es, in welchem der Herr immerdar seine Hände erhebt; «Da stützen

Aaron, das ist der Berg der Stärke, und Hur, das ist das Feuer der Liebe seine Arme, daß er in Stärke Hilfe und in Liebe Trost gewähre; und nicht werden seine Hände ermatten bis zu Sonnen-Untergang, das ist bis zum Ende der Welt.» Auch der Priester muß in Vereinigung mit dem Herrn die Hände ausstrecken den ganzen Tag, das ist in der Messe und in den kirchlichen Tagzeiten, damit sein Volk « malek schlage mit der Schärfe des Schwertes, daß heißt durch die Kraft der Gebete.» Nicht minder müssen die Gläubigen ihre Hände erheben; «denn will Jemand durch die Kraft der Gebete überwinden, so muß er die Hände, das ist seine Handlungen zu Gott erheben, damit sein Wandel im Himmel sei.» Innocenz **III. R** 26. S. 98 f. Durand. **L. c. c. 15. p. 76.** Zuerst breitete der Priester die Hände aus gegen die Gläubigen, jetzt erhebt er sie gegen die triumphirende Kirche und umfaßt den himmlischen Altar. «Lasset uns also reine Hände aufheben ohne Zorn und Streitsucht **I** Tim. 3, 8. und suchen, was oben ist, wo Christus zur Rechten des Vaters sitzet. Kol. 3. 1. Stärket die sinkenden Hände und kräftiget die wankenden Knien. Js. 35, 3. Meiner Hände Erhebung ist ein Abendopfer. Ps. 140, 2.

Es ist vorgeschrieben, daß die erhobenen und ausgestreckten Hände nicht über die Höhe und Breite der Schultern hinausgehen sollen, um nämlich übertriebenen und ungeeigneten Gebärden nicht Raum zu geben. Benedikt **XIV. L. c.** n. 130. p. 58. »Wenn wir mit Bescheidenheit und Demuth bethen, empfehlen wir Gott mehr unsere Gebete; daher beten wir nicht mit allzu hoch erhobenen, sondern mit mässig und fromm erhobenen Händen. Auch beten wir nicht mit keck erhobenem Angesicht. Nicht minder müssen die Töne der Stimme gemässiget sein. Gott hört und schaut nicht auf die Stimme, sondern auf das Herz. Tertullian. De orat. c. 13. p. **31.**

Bei den Worten »durch unsern Herrn« u. s. w. faltet der Priester die Hände zusammen, weil alle Gebete und Opfer der Kirche im Himmel und auf Erde in Christus sich vereinigen und durch ihn dem Vater dargebracht werden. Es ist dieser Gebrauch Ausdruck für die Worte des Apostels: «Lasset uns Friede haben mit Gott durch unsern Herrn Jesus Christus, durch welchen wir mittels des Glaubens Zutritt haben zu dieser Gnade, in der wir stehen, und uns rühmen der Hoffnung auf die Herrlichkeit der Kinder Gottes. Röm. 5. 1. 2. 10.

Deniq. Idem pag. **217** scribit: Wenn er in feierlicher Weise als Stellvertreter Christi betet, hält er die Hände e r h o b e n u n d a u s g e s t r e c k t.

D. Ponuntur manus separatae supra Altare.

I. Quotiescunq. Sacerdos osculatur altare v. facit genuflexionem. II. Ad Epistolam et ad ea, quæ sequuntur post illam, nisi eas ponat supra Missale, ita ut palmæ librum tangant, vel teneant. III. Ad hæc Præfationis verba: *Per omnia sæcula* &c. et *Dominus vobiscum.* IV. Ad: *Per omnia sæcula* &c. ante *Pater noster.* V. Non vigore alicujus Rubricæ, sed moris, quoties exspectat finem cantus populi, chori aut Musicæ.

Commentarium ad Rubricas præmissas

Ad verba in Rubrica pro Introitu: *osculatur Altare in medio, manibus extensis æqua-*

liter hinc inde super eo positis: quod semper servatur, quando osculatur Altare; sed post Consecrationem pollices ab indicibus non disjungantur. Conspicimus in Gavant. sub e. l. c. talia: Hæc *Durand. Lib. IV. c. 39* quia inquit, si renuit operari, amor non est, *secundum Gregorium;* et quia omnium temporalium curam deponere debet, qui tanto sacrificio operam dat, *Idem;* vel ad pacem indicandam a Christo utrique populo nuntiatam, qui significatur in utroque latere Altaris, *Eduens. c. 12.*

E. Tenetur manus sinistra supra altare etc.

I. Quoties dextera aliquid Sacerdos operatur, exceptis casibus, ubi eam tenet supra pectus, vel supra librum; utpote: quando format crucem supra se, v. supra Assistentes, v. quando aliquod aliud benedicit penes Altare, ad quod se totaliter vertit, ut dum incensum, v. Diaconum ante Evangelium benedicit, tenet eam supra pectus; ponit vero eam supra librum, quando crucem facit in eo libro: jam autem ponit supra Altare, quando cineres, palmas, cæreos, subdiaconum post Epistolam benedicit, tali modo: ut solum tantisper se vertat ab Altari. Ponit eam adhuc supra Altare, quando vertit folia Missalis; v. quando facit aliquid aliud versus Altare. II. Quando format crucem super hostiam v. calicem, v. utraq. simul. III. Ad *Nobis quoq. peccatoribus. IV. Ad Libera nos quæsumus Dne!* V. A primo: *Miserere nobis* .. dicendo *Agnus Dei* usq. ad: *dona nobis pacem* inclusive.

Expositio mystica ad Rubricas has.

Gavant l. c. ad Offertorium super verbis Rubricæ: *sinistra posita super Altare* post: *Veni Sanctificator* hæc citat sub q: *Innocent. Lib. IV. c.* 10. „Quia Christus per Altare significatus tribuit vim benedictionis. *Joan. Serranus*“... quæ ceu ex Altari per manum sinistram in dexteram difflueret.

F. Tenetur manus dextera supra Altare.

I. Quotiescunque sinistra vertit folia libri. II. Ad *Domine! non sum dignus* præterquam dum percutitur pectus.

Observationes liturgicae quoad Ministrantes etc.

Ministrantes ad Missam aut Vesperas (pueri &c.) raro juxta rubricas pro Ministris Altaris editas, manus decenter ante pectus tenent compositas; raro ministranturam lente ac sine erroribus recitant; aut caput non ad suum tantum, sed ad ambo *Confiteor*, inclinant; aut inclinationem ad *Misereatur* utrumq., nec non ad versus: *Deus Tu conversus . . . .ostende nobis &c.* negligunt; genua transeuntes coram SSo. haud debite flectunt; oculis quaquaversus vagantur; campanulas, omni qua valent vehementia pulsant; vix aliquid orant, de suo sac. ministerio, de sublimitate fructuq. s. Missae sacrificio &c. haud persuasi. Populus quoque decentiam in manuum plicatione aut genuum flexione raro debitam observat. . . .

Vix in memoriam revocandas esse censemus paginas illas Vet. ac Nov. Testam. quæ ad deterrendos animos pœnas a Deo sanctissimo pro similibus deviationibus coram arca fœd. in templo, aut erga mysteria div. commissis inflictas recensent. Parochi Celebrantesve potius ad ejusmodi pietatis defectus reflectendi, quam commonendi sunt, quatenus Ministros &c. tales, machinas aut histriones, exemplo, instructione, correctione, correptione, in veros Dei adoratores transforment, laudantes Dnum *in spiritu et veritate*. . . ne tacentes severam idcirco animadversionem divin. experiantur.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 23. Augusti 1856.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.